# QVÆSTIO II.

## Accuſatio criminalis, & actio ciuilis quando ſimul concurrere poſſint.

### SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Accuſatio criminalis, & actio ciuilis, quando ſimul concurrere poſſint.*

2 *Et quid ſi criminalis intentetur principaliter, & ciuilis incidenter.*

3 *Et an poſt intentatum iudicium criminale actor poſſit intentare aliud iudicium ciuil. ex diuerſa cauſa.*

4 *Et an reus conuentus ciuiliter poſſit contra actorem criminaliter agere.*

5 *Et quid e conuerſo, an conuentus criminaliter poſſit contra accuſatorem intentare actionem ciuilem.*

6 *Et an accuſationem criminalem.*

7 *Et an abſoluto vno iudicio, ſcilicet ciuili, vel criminali, poſſit deinde agi alia via.*

Ex Additionibus.

1 *Actio criminalis, & ciuilis, quomodo ſimul comulari poſſint, remiſſiue.*

2 *Et prius debet decidi criminalis, quàm ciuilis etiam ſtante ſtatuto, exceptiones reſeruandas eſſe in fine litis.*

3 *Et quid ſi ageretur coram duobus Iudicibus.*

4 *Et an tertius poſſit interuenire in cauſa criminali pro ſuo ciuili intereſſe.*

5 *Et an eo caſu poſſit ſtatus cauſæ inter fiſcum, & reum innouari, remiſſiue.*

6 *Iudex maleficiorum quãdo poſſit cognoſcere de cauſa ciuili, vel e contra, & num.9.*

7 *Iuramentum partis de valore rei furatæ non ſufficit.*

8 *Fur non debet relaxari, niſi reſtituta refurtiua, licet ciuiliter pro ea actum non fuerit, & Iudex proceaat ex inquiſitione.*

9 *Iudex, qui non facit reſtitui damnum parti læſæ, peccat.*

10 *Confeſſio vera, vel ficta an differant quoad intereſſe partes, & fiſci.*

11 *Maritus ex ficta adulterij confeſſione non lucretur dotem.*

12 *Statutum, quod fideiuſſores de non offendendo, vel de pace ſeruanda teneantur ex contumacia perſonali ad pænã conuentionalem, de qua pæna ſit intelligendum.*

13 *Flamm. Chartar. impugnatur.*

14 *Cauſa ciuilis an ſuſpendatur ob criminalem.*

15 *Et an exceptio falſitatis impediat ſententiæ executionem, remiſſiue.*

16 *Et an conuentus criminaliter poſſit contra accuſatorem ciuiliter agere.*

17 *Et an abſoluto iudicio ciuili, vel criminali poſſit agi alia via*

---

## ADDITIONES
Ad Quæſt. II.

a D*Ixi ſupra.*] Farin. uolum.4. quæſt.100. cap.3. num.120. & duobus ſeqq. *Roſ.*

*Dixi ſupra quæſt. prima.*]
1 Adde in materia iſtius quæſtionis Plot. conſilio 77. inter conſilio ſua, Burſat. conſilio 33. Natta conſilio 138. & plenius per Lancellot. in tractat. de attentat. p.2. cap.4. limit 23. & Crau. in conſ. 280. Plot. conſil. 73. in princ. & Crau. in conſil. 74. inter conſilio crimin. diuerſ. uol. 2. &
2 criminalis cauſa debet prius decidi, quàm ciuilis etiam ſtante ſtatuto, quod omnes exceptiones reſeruentur in fine litis cognoſcendæ, Plot. in conſilio 78. numer.6. in uolumine conſiliorũ ſuorum, & in conſilio 73. numer.31. inter conſilio crimin. diuerſ. tom.2. ubi ad hoc allegat Baldus in conſ.169. uol.5. & Alc. in conſ.748. *Baiard.*

b *Et dicendum eſt, quod*
3 *non.*] Adde, quòd hoc procedit etiam ſi ageretur coram duobus Iudicibus, ſcilicet, corã uno criminaliter, & coram alio ciuiliter, quia tunc etiam non poſſunt cumulari, Puteus deciſ.275. lib 1. *Baiard.*

c *Et hæc quidem concluſio.* Adde in hac materia cumula-
4 tionis Crauet. conſilio 14. & 58. vbi etiam habetur, † quòd tertius poteſt interuenire in cauſa criminali pro intereſſe ſuo
5 ciuili, & ibi quo tempore, & † an ex interuentu ſtatus cauſæ inter fiſcum, & reos poterit alterari, & renoua-
6 ri; & in † materia turbationis Iudex maleficiorum poteſt etiam incidenter cognoſcere ciuiliter, Menoch. de retinen. poſſeſſ. remed.3. num.549. & uide infra num 9. & in hac materia cumulationis uide etiam Mant. conſ.266. num.25. ubi inquit, & quòd quinque ſunt cumulationem impedientia, actionis electio, contrarietas, præiudicialitas, ſuperfluitas, & abſurditas. *Baiard.*

c *Et hæc quidem concluſio.*) Farin. in 4. uol. q.100. cap.2. numer.132. & 133. Angel. Aretin. in procem. inſtitut. Gloſſ. tramites, numer.3. Boſſ. tit. de decreto Mediolani, num 31. *Roſ.*

d *Nam eo caſu.*) Reſtitutioni rerum ablatarum, ſeu furto ſubtractarum Iudex non condemnat reum furtum confeſſum per contumaciam, niſi quando reus condemnatur à lege, vel ſtatuto ad reſtitutionem, vt hic; Cui adde, quæ dixit Chartarius tractat. de execut. ſentent. cap.1 num 394. cum ſequenti. Contrarium tamen, quòd etiam ſi ſtatutum non loquatur de reſtitutione nihilominus Iudex criminalis ad reſtitutionem condemnare poſſit cum bona rei ſint tacitè obligata pro furto commiſſo, voluit Negul. tract. de pign. & hippoth. 4. membr. ſecundæ partis ſub numero 124. cum ſequentibus ad fin. ſic e iam tenuit Iaſon in §. ex maleficijs, num.76. cum ſequen. Inſtitut. de act. Crau. conſilio 58. ſub numer. 2. & licèt Iudicium ciuile cumulari non poſſit cum criminali, officium tamen Iudicis incidenter implorari poteſt. Idem Crauetta conſilio 200. ſub num. 7.

Adde

## QVAEST. II.

1 D*IXI* [a] *ſupra quæſtione proxima quod ex eodem delicto regulariter oritur duplex actio, ſcilicet criminalis ad publicam vindictam, & ciuilis ad priuatum commodum. Et hoc apud Iuriſperitos pro expeditio eſſe atteſtatur Pont. ſuper conſuetudine Bleſen. fol. 183. columna prima circa med. Quæro nunc, quomodo hæc duo remedia ſimul, aut ſeparatim concurrere poſſint. Reſpondetur hoc poteſt multis modis contingere; propterea eſt diſtinguendum.*

*Aut enim quæris, an vtraque actio, ſcilicet ciuilis, & criminalis, poſſint ab eodem, & contra eundem ex eadem cauſa intentari,* [b] *& dicendum eſt, quod non tex. eſt in lege interdum, ff. de publ. iud. qui ſemper ad hoc propoſitum ſolet allegari, & licet ille textus loquatur, quando pendente iudicio ciuili actor vult intentare iudicium criminale, tamen concluſio, ſecundum Doctores, indeſtinctè procedit, ſiue ab initio intententur ſimul in eodem libello, ſiue iam cæpto, & pendente iudicio ciuili prius intentato, velit deinde actor ex eadem cauſa intentare iudicium criminale.*

2 *Et hæc quidem concluſio abſque difficultate procedit, quando actor vult dicta duo remedia intentare æquè principaliter in eoddem libello:* [d] *nam eo caſu non poſſnnt ſimul cumulari. Maior enim, & dignior eſt cauſa crimi-*



Adde Iaſ. in §. ſic itaque, num.33. cum ſequent. Inſtitut. de act. Marſil. Rubrica de fideiuſ. ſub numer. 348. ad fin. Vide tamen Maran. in ſuo Spec. par.4. ſub titul. an iudicium ſit ciuile, vel criminale in addit. numer.29. cum ſequen. An au-
7 tem tunc ſufficiat † iuramentum partis ſuper quantitate, vel rei valore, quæ furata ſit; Plot. in repetition. lege ſi quando, numero 689. vbi tenet, quòd non; & eo minus ſufficit, cum agitur ad pœnam propter tale iuramentum, & in terminis etiam per Plot. in dicta leg. ſi quando, §.40. ſub num.3. §.43. ſub num. 2. Vnde infertur ad ſtatutũ noſtrum Pallauicinum in crimine ſub pæna de fur. dum ait. Si verò tranſcenderit dictã ſummam ſolidorum centum, fuſtigetur; quòd non ſufficit iuramentum ſuper dicta quantitate ſolidorum centum ſuper primo furto, ad hoc vt ſit locus pœnæ fuſtigationis ibidem declaratæ; ſed requiritur plena probatio dictę quãtitatis ſupra in §. furtum, verſiculo Item contra; Nihil mirum ergo, ſi iuramentum non defertur, quando agitur ad reſtitutionem; quia tunc iudicium dicitur mere ciuile; ſupra quæſtion. 1. verſicul. Quartus caſus eſt: Aliter tamen ſenſit Decius quòd videlicet tale iudicium non ſit mere ciuile in l. in hæredes, nu.5. cum ſeqq. ff. de reg. iur. eſt enim deſcendens ex delicto, vt ibidem. *Drogh.*

e *Expenſarum.*] Effectum vide apud Nattam conſilio 537. numero 57. & 58. *Ber. Roſ.*

7 f *Vnum tamen nota in hoc propoſito.*] Adde, quòd fur relaxari non debet, niſi furto reſtituto, licèt ciuiliter actum non fuerit ad furti reſtitutionem, quod procedit etiam ſi Iudex per inquiſitionem procedat, alias ipſe Iudex parti tenebitur inſolidum, Crauett. cnnſilio 53. numero 3. etiam ſi in actis non appareat de petitione partis læſæ, Anton. Sola. in comment. conſtitut. Sabaud. in ver. vt nemo inuitus accuſari, numero ſecundo, fol. 170.* Quinimmo fur nedum tenetur reſtituere rem furatam, ſed etiam æſtimationem quanti plurimi à die rei ablatæ, ſecundum Didac. in cap. peccatum in ſecunda parte, §.6. num 2. de reg. iur. in ſexto, quem refert, & ſequitur Borgni. de tutor. & curat. numero 237. &
8 iudex peccat, † qui non facit damnum parti reſtitui, cum poſſit, ſiue ſit reipublicæ, ſiue perſonæ particularis, iuxta Scotum communiter receptum in quarto libr. Sent. diſtinct. 15. quæſt.2. quem ſequitur Nauar. in Man. cap.37. numer.136. fol. 220. tom.1.

9 Item adde, † quòd Iudex, qui de cauſa criminali cognoſcit, poteſt etiam incidenter de ciuili cognoſcere ex eodem, facto deſcendente; hoc tamen procedit, quando reus criminaliter condemnatur, quia tunc etiam poterit condemnari ad reſtitutionem rerum damnum paſſo: ſecùs verò, quando abſoluitur, quia tunc non poterit cognoſcere ciuiliter de illa re, Bertaz. conſilio 232. Rimin. conſilio 106. numer. 8. inter conſil. criminal. diuerſ. paruæ impreſſ. libro primo, Rota, vt per Creſcentium in deciſione 167. libro primo, & Iudex ſi abſolueret reum à pęna furti, & condemnaret ad reſtitutionem rerum furto ablatarum, ſententia eſſet nulla, Natt. conſilio 407. numero 14. volumine 2.

Item adde, quòd Iudex malificiorum poteſt cognoſcere de cauſa ciuili incidenter, & eam ſuo Iudicio terminare licèt aliter de crimine non conſtet, nec ſuper eo crimine ſententia fuerit lata; & ſi accuſatus fuerit ciuiliter condemnatus, talis ſententia erit valida; ita tradit Simon de Druſio, in conſilio 49. numer. 2. vol. 2. inter conſil. crim. diuerſ. paruæ impreſſionis, quem refert, & ſequitur Menoch. de retinend. poſſeſſ. remed. 3. numer. 549. & quod Iudex criminalis poſſit cognoſcere incidenter de cauſa ciuili, & è conuerſo iudex ciuilis de criminali, late Vant. in tract. de nullit. in titul. de nullit. ex defenſ. iuriſd. ordin. num.47. cum ſeq. & Menoch. de arbitr. iudic. quæſtione 82. numero 11. quæ dicatur incidens quæſtio, & quæ emergens, & quæ dependens, idem Menoch. in quæſt. 45.

10 Item adde, † quod iſta differentia inter confeſſionem veram, & fictam, quoad intereſſe partis, communiter non tenetur, quia ſi contumacia operatur, quoad pœnam criminalem, ergo multo magis, quoad ciuilem applicandam parti, ita tradit Gulielmus de Bened. in capitulo Raynutius, in verbo mortuo itaque teſtatore, numer. 175. cum ſequen. de teſtamen. vbi dicit, hanc differentiam ſaluari per Anchar. in conſilio 408. in vno caſu ſingulari, ſcilicet, vbi agitur de lucro
11 dotis † applicando marito propter adulterium, quia nunquam applicabitur ex tali ficta confeſſione, quæ non facit ad lucrum dotis, quia requiritur vera probatio adulterij. Accedit etiam illud, quod dicit Firmanus in ſuo Repertorio, in verbo contumax puniri multis modis, verſiculo contumax qui ex forma ſtatuti poteſt condemnari ad pęnam, poteſt etiam condemnari ad rei reſtitutionem, & ibi allegant Tortel. & Nellum, & ſic non eſt verum, quòd nullus reperiatur, qui dictam differentiam impugnet, vt dicit Roland. in dicto conſilio 30. hic allegato; & eſſet valde ridiculoſum, ſi alicui ſublatus eſſet equus, vel ueſti, uel pecunia, & ſimilia, quod non poſſet reintegrari de rebus ſuis per Iuſdicentem, qui furem contumacem ad mortem condemnare potuit; ſed quòd teneretur formare proceſſum coram Iudice ciuili, ut bona ſua ſibi reſtituerentur; & quòd contumacia tantum operatur circa pœnam parti applicandam, & eius intereſſe, quan-

tum

*nalis, quàm ciuilis: & vbi vna cauſa eſt maior altera, non poſſunt duæ actiones ſimul cumulari, iuxta ea, quæ traduntur per Doctores in l. edita, C. de edendo, & dixi infra libro prox. Sed ſi actor intentaret iudicium criminale principaliter, & deinde incidenter peteret etiam rem ablatam ſibi reſtitui, eo caſu vtique talis petitio admittitur, vt dixi Bartolus in lege interdum, §. ſi quis furem, numero quinto ff. de furtis: quem ſequuntur communiter Scribentes, vt atteſtatur Curt. iun. in dicta lege edita, num. 108. Heronym. ad Angel. de malefic. in verbo, Et ad querelam in vltima Apoſtil. colum.3. verſic. ſecundo caſu, quem refert Roland. conſilio 30. numer.3. lib.2. Ita etiam communiter teneri ait Rom. in ead. l. edita, poſt num.143. verſic. non obſtat ſua ratio. Et hanc dicit eſſe communem opinionem Aret. in cap. qualiter, & quando il 2. §. ad corrigendos, numer.139. de accuſationibus. Et ita obſeruat conſuetudo, teſte Bal. in d. l. data opera, numer.6. in fin. C. qui accuſſar. non poſſ. Eademque ratione admittitur libellus criminalis, concludens, delinquentem de delicto puniri, & condemnari, ſecundum formam iuris, & ſtatutorum, cum refectione damnorum, intereſſe, &* [e] *expenſarum, &c. Et ita practicatur, vt atteſtatur Angel. in lege vnica, numero 6. C. quando ciuilis actio criminalis præindicet, quem refert Auguſtin. ad Angel. de malef. in verbo, Et veſtem cæleſtem, numer.11. Amadeus de ſynd. numero 216.* [f] *Vnum tamen nota in hoc propoſito, quod hoc caſu iudex maleficiorum non poteſt condemnare reum ad rei reſtitutionem, vel ad damna partis, niſi quando illum condemnat per ſuam propriam confeſſionem: ſecus autem ſi illum condemnaret propter confeſſionem fictam, & ſic in contumaciam: nam officium iudicis non deſeruit, niſi veræ confeſſioni. Et hæc eſt notab. deciſio, Baldus in lege qui crimen, numer.28. C. qui accuſſ. non poſſ. quam dicit eſſe communem Roland. in dicto conſilio 30. numero decimooctauo ſubdens quod licet quãdo reus per teſtes conuincitur, aliqui teneant contrarium, tamen quando condemnatur ex contumaci, nullus eſt qui*

tum ad criminalem, comprobatur, quia Princeps magis debet prouidere ſubditis, quàm eius fiſco Luc. de Pen. in leg. 1. num. 5. C. de ſuper in dicto, lib. 10. alias non eſſet iuſtus, & ad prædicta faciunt etiam, quæ infra dicuntur.

12 Item adde, quòd ſi ſtatutum diſponeret fideiuſſores de non offendendo, vel de pace conſeruanda teneri ad pœnam conuentionalem, etiam probata contrauentione per fictam confeſſionem, deberet intelligi de pœna conuentionali applicanda fiſco, non autem de pæna applicanda parti; ita concludit declarando Motum proprium Pij Quarti, Cartharius in tractato de executione ſententiæ contumac. 13 capit. primo. numero 36. quod ego arbitror verũ non eſſe, quia non debet eadem diſpoſitio diuerſo iure cenſeri, cum ex eodem contractu oriatur actio, quæ non poſſet oriri Fiſco, niſi oriretur parti offenſę, quã do ſumus in delictis contra priuatos commiſſis, vt per Marſi. in practic. criminal. in §. conſtante, num. 33. quod comprobatur; nam Fiſcus non poteſt ſuam partem conſequi, ſi pars offenſa non poteſt, Bertazol. in conſilio 30. numer. 33. vol. 1. & eſſet iniquum, quòd Princeps potius uoluiſſet prouidere ſuo Fiſco, quam ſubdito offenſo, quod non eſt dicendum, ſecundum Luc. de Pen. in lege unica, numero 5. C. de ſuperindicto, libro 10. quia quod ad fiſci commodum ſtatutum eſt, à fortiori debet eſſe ſtatutum ad beneficium, & commodum priuatorum, iuxta lege vnicam §. pen. C. de cad. tollen. Bart. in l. ambitioſa numero 13. ff. de Decret. ab ordin. facien. & Menoch. de arbitr. iud. quæſt. 98. numero 4. & intentio Pont. fuit prouidere, ut paciſcentes, & exiſtentes in tregua tuti uiuere poſſint, quod non eſſet, ſi ex ficta confeſſione pars pœnæ tantum ſolueretur, & hoc modo lucro Fiſci, & non ſubditorum quieti fuiſſet prouiſum. Ex quibus concluditur, quòd confeſſio ficta operatur tam reſpectu pœnæ applicandæ Fiſco, quàm parti: nec obſtat Corn. in conſil. 300. quia ibi actio ex eodem fonte non oriebatur, & opinio Cornei forſan non eſt tuta, per ea, quæ in præcedenti additione poſui. *Baiard.*

*eam impugnet. Illam tamen intellige, vt procedat, quando talis condemnatio ad reſtitutionem rei furtiuæ non venit ex eadem lege, vel ſtatuto, pænam criminalem imponente: nam eo caſu non poteſt Iudex, niſi reus, vel per teſtes conuictus ſit, vel proprio ore confeſſus, officium ſuum impartiri. Sed ſi eadem lex imponeret pænam criminalem, & rei reſtitutionem, ſemper vidi vtranque condemnationem ſimul proferri, etiam contra contumaces. Non enim debet eadem diſpoſitio diuerſo iure cenſeri. Et illud, quod dictum eſt, quòd non poteſt Iudex maleficiorum cognoſcere de reſtitutione rei furtiuæ, niſi incidenter, habet locum non modo quando proceditur ad querelam partis, & ſi per viam accuſationis, ſed etiam quando proceditur ex officio, & ſic per inquiſitionem. Et eſt communis opinio, vt dicit Boſſ. in titul. de decreto Mediolani. num. 31.*

3 *Aut quæris, an poſt intentatum iudicium criminale poſſit accuſator intentare iudicium ciule ex diuerſa cauſa, & penitus ſeparata. Et* [g] *dicendum eſt, quòd non: ita allegatur tenere Bartol. in dicta lege edita, cum quo tranſeunt communiter Doctores, vt dicit Curt. iun. ibi, numero 181. Et hæc concluſio elicitur ex text. in lege fin. C. de ordin. cogn. ſecundum intellectum, qui eſt magis communis, teſte Alexandr. in leg. reum criminis, column. 1. ver. Bart. autem, C. de procurat. quem refert Claud. in lege edita, numero 68. Eſſet enim* [h] *valde iniquum, quod per huiuſmodi litem ciuilem impediretur reus in defenſionibus ſuis faciendis.*

4 *Sed quæro quid in reo conuento, nunquid ipſe poterit contra actorem aliquam actionem inſtituere? Reſpondetur, quod ſi conuentus eſt iudicio ciuili, poteſt pendente eo iudicio accuſare actorem criminaliter, tam ex cauſa penitus ſeparata, quam etiam ex cauſa oriente ex eodem iudicio prout quotidie fieri videmus, quando reus accuſat de falſo teſtes actoris, qui contra eum depoſuerunt in cauſa ciuili, & etiam ipſum actorem, qui eos produxit. Et eo caſu ſuſpenditur iudicium ciuile, donec ſit ſuper ipſo iudicio criminali pronunciatum. Et ita concludunt communiter Doctores, vt dicit Sigiſmundus conſilio feud. 6. numero 6. Et hoc propter præeminentiã, & maioritatem iudicij criminalis.*

*Quod* [k] *tamen intellige, vt ſuſpendatur iudicium ciuile quo ad hoc tantum, ne poſſit ſuper eo ferri ſententia, non autem quo ad hoc, vt impediatur quò minus in ipſo iudicio ciuili poſſit procedi vſque ad concluſionem in cauſa. Et ita reperio deciſum fuiſſe per conſilium* [l] *Neap. teſte Capc. deciſione 25. in cauſa Reuer. vbi multum eleganter tractat hunc articulum.*

g *Dicendum eſt, quod.*] Tu uide omnino Crauet. conſil. 280. per totum. Fuſu. Paccian tract. de probat. quæſt. 58. num. 74. *Droch.*

h *Valde iniquum.*] Farin. ubi ſupra, num. 73. *Roſ.*

14 *Sed quæro quid in reo conuento.*] Adde, † quod ob iudicium criminale ſuper falſitate teſtium non ſuſpenditur iudicium ciuile, quando alius, quam actor, vel reus iudicium inſtitueret, Doctores omnes in l. fin. de ordin. cognit. & Anguſ. conſilio 6. num. 9. uolum. 1.

Item adde, quòd quãdo obijcitur, teſtes eſſe falſos, non impeditur quin procedatur ſuper negotio principali, ſi animo calumniandi opponitur, & an calumnioſè opponatur, vide omninò Barb. in conſil. 43. num. 7. volum. 1. & dicit Boſſ. in tit. de falſis, num. 150. quòd Senatus Mediolani quotidie aduertit, faciendo videri indicia falſitatis ab aliquo fiſcali, vel ſtatuendo breuem terminum accuſatori ad illa examinanda, & Barb. in d. cõſ. 43. ponit etiam, quando opponitur exceptio falſitatis contra ſententiam, 15 † an impediat executionem eius, de quo vide etiam Felyn. in c. de cetero, col. 3. de re iud.

16 Item adde, † quod quando cauſa ciuilis mota fuit ab vno, & cauſa falſitatis mouetur à reo contra actorem, vbi ex mero Iudicis officio proceditur criminaliter, nõ impeditur iudicium in cauſa ciuili, Bald. in l. 1. numer. 6. C. de appellat. Bart. in l. 2. §. hoc edicto, ff. vi bon. rapt. Angel. in tract. malefic. in verſ. & ad quærelam, nu. 89. aſſerentes, vbi ex officio iudicis proceditur, non vendicare ſibi locũ diſpoſitionem leg. 1. C. quando ciuil. act. & Anguſ. d. conſ. 6. num 9. Sed vide Crau in conſ. 280. colum. 2. vbi concludit, quod ſi cauſa criminalis ſit præiudicialis ciuili, prius cognoſcitur de criminali, & ſuperſedetur in ciuili, & è contra, & idem ſi vtraque ſit ciuilis, ſiue criminalis, quia ſemper de præiudiciali prius cognoſcitur, ſiue principaliter moueatur, ſiue incidenter; & ſi aliter fiat, ſententia eſt nulla, vt ibi per eum. Sed vide omninò Plot. in conſ. 73. in prin. vol. 2. conſil. crimin. diuerſ. vbi multum latè, quando cauſa criminalis faciat ceſſare ciuilem.

Item adde, quòd vbi quis venit condemnandus ad mortẽ, non ſuſpenditur iudicium ciuile, ſed procedit cauſa ciuilis, & criminalis accumulata, ſecundum Bald. in leg. 1. 2. columnn. verſ. Sed contra hoc, C. de appellat. *Baiard.*

k *Quod tamen intellige.*) Farin. d. cap. 2. num. 59. & plurib. ſequent. *Roſ.*

l *Cap. deciſ. 25.*] Adde Gram. conſ. 75. ſub nu. 9. & Afflict. deciſ. 229. *Drogh.*

*Sed*



m *Sed quid e conuerſo.*) Farin. vbi ſupr. c. 2. n. 71. 72. *Roſ.*

*Sed quid e conuerſo.*) Adde, vt per Puteum in deciſ. 98. libro 1. vbi hanc quæſtionem examinauit, & tenet contrarium, videlicet, quod reus poſſit cõuenire ciuiliter accuſatorem ex alia cauſa penitus ſeparata, non autẽ quando cauſa criminalis præiudicat ciuili, dicens, quod ſtantibus auctoritatibus, ibi per eum allegatis, non poteſt cerni, quæ illarum opinionum ſit cõmunis, et ibi habetur, quando cauſa criminalis ſit præiudicialis ciuili. *Baiard.*

n *Si vero tendunt.*) Farinacius volumine ſecundo, quæſtione 42. numero 30. & pluribus ſequentibus, & quæſt. 100. cap. 2. num. 16. *Roſ.*

o *Præterea cum hodie.*) Far. d. q. 100 numer. 145. *Roſ.*

*Præterea cum hodie.*) 17 Adde, † quòd idem tenet Augu. conſil. 6. nu. 9. & 10. libro 1. Natt. conſ. 138. num. 12. & Lancellot. in tractat. de attent c. 4. limita. 23. ſed vide etiã ſupra ad uer. ſed quæro, in verb. Item adde, quòd quando cauſa ciuilis, & Boſſius in tit. de indit. numero nonageſimonono. *Baiard.*

m *Sed quid è conuerſo, nũ*
5 *quid pendente iudicio criminali, poterit reus conueniri ciuiliter ſuum accuſatorem ex alia cauſa, & penitus ſeparata? Reſp. quod non: ita colligitur ex text. in d. l. fin. C. de ord. cog. ſecundum communem intellectum, vt dicit Claud. in d. l. edita. nume. 68. Et ita concludunt omnes, vt atteſtatur Curt. Iun. in d. leg. edita. numero 182. in fin. Et hoc, nè propter talem litem ciuilem diſtrahatur accuſator à perſecutione iudicij criminalis, in quo vertitur publicum intereſſe, nè ſcilicet delicta impunita remaneant.*

6 *An autem reus criminaliter accuſatus poſſit accuſare ſuum accuſatorem, dixi infra, quæſt. 14. verſ. tertius eſt caſus.*

7 *Vlteriùs quæro, nunquid abſoluto iudicio cinili, contra aliquem intentato, poſſit poſteà actor intentare contra eundem accuſatorem criminalem ex eadem cauſa; vel è contra, abſoluto iudicio criminali, intentare actionem ciuilem. Reſpondeo, quod ſi actio ciuilis, & criminalis tendunt ad diuerſa, tunc poteſt agi altera via, nõ obſtante, quod prius actum ſit una:* [n] *ſi verò tendunt ad eundem finem, tunc vna intentata, altera tollitur. Et ita intelligitur text. in lege prima, C. quando ciuil. actio. crim. præiud. & eſt communis concluſio, vt atteſtatur Maranta in ſuo Spec. fol. 21. num. 5. vbi potes videre exempla. Et ita tene mente, quia malè declarantur à Doctoribus, vt dicit Clau. in loco prealleg. Benè verum eſt, quòd licet hæc materia cumulationis, ſit ſubtilis, rarò tamen contingit in practica, ſecundum Alb. in d. l. edita, col. fin. verſic. circa 4. quia, ut ipſe ait, Aduocati nolentes intricare proceſſus, communiter procedunt in prima cauſa, deinde ea expedita proponunt ea, quæ volunt in alia inſtantia, & hoc modo ceſſant omnes difficultates.*

[o] *Præterea, cum hodie ex quocunque crimine poſſit Iudex ex officio inquirere, non admitteretur reus, qui contra querelam, ſiue accuſationem contra ſe porrectam opponeret huiuſmodi exceptiones, ad euitandum iudicium criminale. Faciunt, quæ dixi in d. quæſt. 14. verſ. tertius eſt caſus.*

---

## QVÆSTIO III.

## Quibus modis criminaliter procedatur.

### SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Quibus modis criminaliter procedatur.*
2 *Et quid ſit procedere per viam inquiſitionis.*
3 *Accuſationem eſſe remedium ordinarium: inquiſitionem verò extraordinarium.*
4 *Et an ſuperueniente accuſatore, ceſſet inquiſitio.*
5 *Iudex regulariter non poteſt de iure ciuili per inquiſitionem procedere, de iure autem canonico poteſt.*
6 *Et quid de conſuetudine.*
7 *Accuſatio, & inquiſitio an poſſint ſimul cumulari.*
8 *Iudex an debeat priuſquam inquirat, ſtatuere parti offenſæ terminum ad accuſandum.*
9 *Et quid ſi pars ipſa offenſa id petat.*
10 *Iudex an debeat facere ſibi dari licentiam ab accuſatore, precedendi in cauſa.*

Ex Additionibus.

1 *Statutũ loquens de accuſatione an comprehendat denunciationem, vel inquſitionem, remiſſiuè.*
2 *Inquiri non poteſt pro leuiſſima culpa. Et quid pro culpa leui, num. eod.*
3 *Inquiſitio non fit ad priuatorum commodum.*
4 *Fiſcus eſt ſubditorum calamitas.*
5 *Inquiſitio ceſſat, ſtante accuſatione coram alio Iudice.*
6 *Iudex poteſt inquirere, antequam moneat offenſum ad accuſandum.*